



## Universitätsbibliothek Paderborn

**D. Burchardi VVormaciensis Ecclesiae Episcopi,  
Decretorum Libri XX. ex Consiliis, & orthodoxoru[m]  
patru[m] Decretis, tum etiam diuersaru[m] nationum  
Synodis, ceu loci communes congesti, in quibus ...**

**Burchardus <Wormaciensis>**

**Parisiis, 1549**

De illis qui veneficio homicidia committunt. xxvi.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10722**

## DE HOMICIDIIS DECR. LIB. VI. 147

nec ipse vult confiteri, omnipotentis Dei iudicio, cui omnia occulta manifesta sunt, reserueretur: ei tamen indicetur publicè à presbytero, quod communione ecclesiastica indignus sit, & ea carere debeat, donec perpetratum crimen confiteatur, & per confessionem, & per pœnitentiam condignam, ab hoc crimine se absoluere certet.

*De insano, si homicidium perpetrauerit. Cap. XXV.*

**S**i quis insaniens aliquem occiderit, si ad sanam mētem *Ex eodē*, peruererit, leuior ei pœnitentia imponenda est, quām *cap. 7.* ei qui sana mente tale quid commiserit. Cui quāvis pœnitentia sit imponēda, quia ipsa infirmitas causa peccati fuisse creditur: tantum tame n lenior, quām ei qui sanus aliquem occiderit, quantum inter sanum & insanum, & irrationabile à rationabili constat esse discriminis.

*De illis qui beneficio homicidia committunt. Cap. XXVI.*

**S**i quis verò beneficio interfecerit alterum, eo quod sine *Ex cōcil.* idolatria perficere scelus non potuit, nisi in fine *Elibertā.* Partiendam non esse illi communionem. *cap. 5.*

*De illo per cuius delationem aliquis imperfectus fuerit. Cap. XXVII.*

**D**Elator si quis extiterit fidelis, & per delationē eius *Ex eodē*, aliquis fidelium fuerit præscriptus vel imperfectus, *cap. 1.* placuit eum nō nisi in fine accipere communionem. Si leuior causa fuerit, intra quinquennium accipere communionem poterit. Si catechumenus fuerit, post quinquenij tempora admittatur ad baptismum.

*Quod tria genera sint homicidarum. Cap. XXVIII.*

**H**omicidarū verò tria genera esse dicebat, & pœnam *Ex epist.* eorum parilem fore docebat. Sicut enim homicidas *Clemētis* imperfectores fratrum, ita & detractores eorum, eosque *papæ*, *ea* odiētes, homicidas esse manifestabat. *Quia occidit, qui odit fratrem suū:* & qui detrahit, pariter homicida esse monstratur. Omnes enim à carnalibus desideriis quae militant aduersus animam abstinere, & bonam eorum cōuersationem ac innocentē omnibus monstrare rogabat. *Ex corde* enim cunctos attentius inuicem diligere insinuabat. *Seniores venerari, & iuniores diligere, Episcopos sacerdos-*

T iii